

**C. IVLI
CAESARIS**

**COMMENTARIORVM
DE BELLO GALLICO
LIBER TERTIVS**

© Becommentarieerd door drs. J.H. van Hal

Inhoud

Korte inleiding	6
[1] De inname van Octodurus	8
[2] Het plan van de Veragri	10
[3] Galba belegt spoedoverleg.	12
[4] Ongelijke strijd voor de Romeinen	13
[5] Een wanhoopsdaad.....	15
[6] Onverwachte zege	16
[7] Weer opstandig.....	18
[8] Opstand onder leiding van de Veneti	19
[9] Zelfvertrouwen van de Veneti	21
[10] Redenen voor oorlog	24
[11] Commandotoewijzingen.....	26

[12] Voordelen van de steden van de Veneti	27
[13] De schepen der Veneti	29
[14] Sluwe, Romeinse tactiek op zee.....	33
[15] De Veneti op zee verslagen.....	35
[16] De Veneti zwaar gestraft.....	37
[17] Viridovix van de Venelli in opstand	37
[18] De Venelli misleid.....	40
[19] De list van Sabinus	42
[20] Strijd in Aquitania.....	44
[21] Een langdurig gevecht met de Sotiaten	45
[22] Adiatunnus	47
[23] Aquitania in verenigd verzet	48
[24] Crassus valt het kamp van de vijand aan.	50
[25] Het zwakke punt van het kamp van de vijand	51

[26] De vijand overrompeld	53
[27] Overgave Aquitania	55
[28] De Morini en Menapii gaan door.....	55
[29] Terug in het winterkamp	57

Korte inleiding

Boek drie beslaat eind 57 en het jaar 56 voor Christus. Het verslaat de strijd van Galba tegen de Veragri eind 57 en in het jaar 56 de oorlog tegen de Veneti, de expeditie van Sabinus tegen de Venelli en van Crassus naar Aquitania en tenslotte Caesars expeditie tegen de Morini en Menapii.

[1] De inname van Octodurus

Cum in Italiam proficisceretur¹ Caesar, Ser. Galbam cum legione XII et parte equitatus in Nantuates², Veragros³ Sedunosque⁴ misit, qui a finibus Allobrogum et lacu Lemanno et flumine Rhodano ad summas Alpes pertinent. Causa mittendi fuit quod iter per Alpes, quo magno cum periculo magnisque cum portoriis⁵ mercatores⁶ ire consuerant¹,

¹ proficisci vertrekken

² De Nantuates woonden in een gebied dat nu in Zwitserland en Frankrijk ligt, ze grensden aan de Allobrogen.

³ De Veragri (Grieks : Οὐάραγγοι) waren een Gallische stam in het huidige Zwitserland. De Veragri zijn geplaatst door Iulius Caesar (BG iii. 1, 6) in het kanton Wallis tussen de Nantuates en de Seduni. Hun belangrijkste stad was Octodurus (moderne Martigny), vanwaar de Veragri door Plinius Octodurenses worden genoemd.

⁴ De Seduni of Sedunii waren een Gallische stam in de vallei van de Boven-Rhône bij Romeins contact. Deze stammen werden veroverd door Rome en worden in dezelfde volgorde ook vermeld in de Trofee van de Alpen (Plin. lli. 20). Ze lagen ten oosten van de Veragri, in het moderne Zwitserse kanton Wallis. Hun belangrijkste stad was Sedunum (moderne Sion, Zwitserland). De Seduni namen ook deel aan de Slag om Octodurus op de site van het moderne Martigny, Zwitserland.

⁵ portorium tolgeld

⁶ mercator koopman

patefier² volebat. Huic permisit, si opus esse arbitraretur, uti in his locis legionem hiemandi³ causa conlocaret. Galba secundis aliquot proeliis factis castellisque compluribus eorum expugnatis, missis ad eum undique legatis obsidibusque datis et pace facta, constituit cohortes duas in Nantuatibus conlocare et ipse cum reliquis eius legionis cohortibus in vico⁴ Veragrorum, qui appellatur Octodurus hiemare; qui vicus positus in valle⁵ non magna adiecta planitie⁶ altissimis montibus undique continetur⁷. Cum hic in duas partes flumine divideretur⁸, alteram partem eius vici Gallis [ad hiemandum] concessit⁹, alteram vacuum¹⁰ ab his

¹ consuevi *pf.* gewoon zijn; consuescere – zich gewennen

² patefieri geopend worden

³ hiemare overwinteren

⁴ vicus dorp

⁵ vallis *f.* vallei

⁶ planities 5 vlakke

⁷ continere 2 omvatten

⁸ dividere 3 verdelen

⁹ concedere 3 afstaan aan

¹⁰ vacuus ab vrij van, zonder

relictam cohortibus attribuit¹. Eum locum vallo fossaque munivit.

[2] Het plan van de Veragri

Cum dies hibernorum complures² transissent frumentumque eo comportari iussisset, subito per exploratores certior factus est ex ea parte vici, quam Gallis concesserat, omnes noctu discessisse montesque qui impenderent³ a maxima multitudine Sedunorum et Veragrorum teneri. Id aliquot⁴ de causis acciderat⁵, ut subito Galli belli renovandi⁶ legionisque opprimendae⁷ consilium caperent: primum, quod legionem neque eam plenissimam⁸ detractis¹ cohortibus duabus et

¹ attribuere 3	toedelen
² complures <i>pl.</i>	verscheidene
³ impendere 2	erboven uitsteken, bedreigen
⁴ aliquot <i>indecl.adi.</i>	enkele
⁵ accidere 3	gebeuren
⁶ renovare	hernieuwen
⁷ opprimere 3	overweldigen
⁸ plenus	vol, compleet, op volle sterkte

compluribus singillatim², qui commeatus³ petendi causa missi erant, absentibus⁴ propter paucitatem⁵ despiciebant; tum etiam, quod propter iniquitatem⁶ loci, cum ipsi ex montibus in vallem decurrerent et tela coicerent, ne primum quidem impetum suum posse sustineri⁷ existimabant. Accedebat quod suos ab se liberos abstractos obsidum nomine dolebant, et Romanos non solum itinerum causa sed etiam perpetuae⁸ possessionis culmina⁹ Alpium occupare conari et ea loca finitimae provinciae adiungere¹⁰ sibi persuasum habebant¹¹.

¹ detrahere 3	onttrekken
² singillatim	een voor een
³ commeatus 4	proviand, bevoorrading
⁴ absens	afwezig
⁵ paucitas, -tatis	het geringe aantal
⁶ iniquitas, -tatis	nadeel
⁷ sustinere 2	verdragen, tegenhouden
⁸ perpetuus	eeuwig
⁹ culmen	top
¹⁰ adiungere 3 + <i>dat.</i>	verbinden aan
¹¹ sibi persuasum habere	ervan overtuigd zijn

[3] Galba belegt spoedoverleg.

His nuntiis acceptis Galba, cum neque opus hibernorum munitionesque plene¹ essent perfectae neque de frumento reliquoque commeatu satis esset provisum² quod deditioe facta obsidibusque acceptis nihil de bello timendum existimaverat³, consilio celeriter convocato sententias exquirere⁴ coepit. Quo in consilio, cum tantum repentini⁵ periculi praeter⁶ opinionem accidisset ac iam omnia fere⁷ superiora loca multitudine armatorum completa conspicerentur neque subsidio⁸ veniri neque commeatus supportari⁹ interclusis¹ itineribus possent, prope iam

¹ plene	volledig
² providere 2	voorzorgsmaatregelen nemen
³ existimare	menen
⁴ exquirere 3	navorsen
⁵ repentinus	plotseling
⁶ praeter + acc.	in strijd met
⁷ fere	bijna
⁸ subsidium	hulp; dat. <i>finalis</i>
⁹ supportare	aanvoeren

desperata salute non nullae eius modi² sententiae dicebantur, ut impedimentis relictis eruptione facta isdem itineribus quibus eo pervenissent ad salutem contenderent. Maiori tamen parti placuit, hoc reservato³ ad extremum casum⁴ consilio interim rei eventum⁵ experiri⁶ et castra defendere.

[4] Ongelijke strijd voor de Romeinen

Brevi spatio interiecto⁷, vix ut iis rebus quas constituissent⁸ conlocandis⁹ atque administrandis tempus daretur, hostes ex omnibus partibus signo dato decurrere¹⁰, lapides gaesaque¹¹

¹ intercludere 3	afsnijden, blokkeren
² eius modi	dergelijke
³ reservare	bewaren
⁴ casus	geval
⁵ eventus 4	afloop
⁶ experiri	beproeven, wagen
⁷ intericere 5	inlassen
⁸ constituere 3	besluiten
⁹ collocare	plaatsen
¹⁰ <i>infinitivi historici</i>	
¹¹ gaesum	zware werpspies

in vallum coicere. Nostri primo integris¹ viribus fortiter propugnare² neque ullum frustra telum ex loco superiore mittere, et quaecumque pars castrorum nudata defensoribus premi videbatur, eo occurrere et auxilium ferre, sed hoc superari quod diurnitate³ pugnae hostes defessi⁴ proelio excedebant, alii integris viribus succedebant⁵; quarum rerum a nostris propter paucitatem⁶ fieri nihil poterat, ac non modo defesso ex pugna excedendi, sed ne saucio⁷ quidem eius loci ubi constiterat⁸ relinquendi ac sui⁹ recipiendi¹⁰ facultas¹ dabatur.

¹ integer onaangetast

² propugnare vechten, strijden

³ diurnitas lange duur

⁴ defessus vermoeid

⁵ succedere 3 ervoor in de plaats komen

⁶ paucitas het kleine aantal

⁷ saucius gewond

⁸ consistere 3 post vatten

⁹ sui: *gen. objectivus hier vereist bij het passieve gerundivum, omdat van se zelf geen genitivus bestaat*

¹⁰ se recipere 5 zich terugtrekken

[5] Een wanhoopsdaad

Cum iam amplius² horis sex continenter³ pugnaretur, ac non solum vires sed etiam tela nostros deficerent⁴, atque hostes acrius⁵ instarent⁶ languidioribusque⁷ nostris vallum scindere⁸ et fossas⁹ complere coepissent, resque esset iam ad extremum perducta casum, P. Sextius Baculus, primi pili centurio, quem Nervico proelio compluribus¹⁰ confectum¹¹ vulneribus diximus, et item C. Volusenus, tribunus militum, vir et consilii magni et virtutis, ad Galbam accurrunt atque unam

¹ facultas	de gelegenheid
² amplius <i>adv.</i>	meer, langer
³ continenter	zonder onderbreking
⁴ deficere 5	het begeven
⁵ acrius <i>adv.</i>	heviger
⁶ instare	aandringen
⁷ languidus	traag, zwak
⁸ scindere	een bres slaan in
⁹ fossa	gracht
¹⁰ complures <i>pl.</i>	verscheiden
¹¹ conficere 5	afmatten

esse spem salutis docent¹, si eruptione facta extremum auxilium experirentur². Itaque convocatis centurionibus celeriter milites certiores facit, paulisper³ intermitterent⁴ proelium ac tantum modo⁵ tela missa exciperent seque ex labore reficerent⁶, post dato signo ex castris erumperent⁷, atque omnem spem salutis in virtute ponerent.

[6] Onverwachte zege

Quod iussi⁸ sunt faciunt, ac subito omnibus portis⁹ eruptione facta neque cognoscendi quid fieret neque sui colligendi hostibus facultatem¹⁰ relinquunt. Ita commutata¹ fortuna eos

¹ docere 2	uiteen zetten, in kennis stellen
² experiri	proberen, op de proef stellen
³ paulisper	even
⁴ intermittere 3	onderbreken
⁵ tantum modo	slechts
⁶ reficere 5	herstellen
⁷ erumpere 3	uitbreken
⁸ sc. facere	
⁹ <i>abl.separativus</i>	
¹⁰ facultas	gelegenheid

qui in spem potiundorum² castrorum venerant undique circumventos intercipiunt³, et ex hominum milibus amplius⁴ XXX, quem numerum barbarorum ad castra venisse constabat⁵, plus tertia parte interfecta reliquos perterritos in fugam coiciunt⁶ ac ne in locis quidem superioribus⁷ consistere patiuntur. Sic omnibus hostium copiis fuis⁸ armisque exutis⁹ se intra munitiones suas recipiunt. Quo proelio facto, quod saepius fortunam temptare Galba nolebat atque alio se in hiberna consilio venisse meminerat, aliis occurrisse¹⁰ rebus videbat, maxime frumenti [commeatusque] inopia¹¹

¹ commutare	veranderen
² potiundus	<i>archaisch gerundivum</i> ; potiri + gen. zich meester maken van
³ intercipere 5	onderscheppen, afsnijden
⁴ amplius <i>adv. bij getallen</i>	meer dan
⁵ constat	het staat vast
⁶ coicere 5	werpen, drijven
⁷ superior	hoger gelegen
⁸ fundere 3	verjagen
⁹ exuere + <i>abl.</i>	ontdoen van
¹⁰ occurrere + <i>dat.</i>	ontmoeten, tegenkomen
¹¹ inopia	gebrek

permotus¹ postero die omnibus eius vici aedificiis² incensis³ in provinciam reverti⁴ contendit, ac nullo hoste prohibente⁵ aut iter demorante⁶ incolumem⁷ legionem in Nantuates, inde in Allobroges perduxit ibique hiemavit⁸.

[7] Weer opstandig

His rebus gestis cum omnibus de⁹ causis¹⁰ Caesar pacatam Galliam existimaret, [superatis Belgis, expulsis¹¹ Germanis, victis in Alpibus Sedunis,] atque ita inita¹² hieme¹³ in Illyricum

¹ permovere 2	hevig bewegen, ertoe brengen
² aedificium	gebouw
³ incendere 3	in brand steken
⁴ reverti	terugkeren
⁵ prohibere 2	beletten
⁶ demorari	vertragen
⁷ incolumis	ongedeerd
⁸ hiemare	de winter doorbrengen
⁹ de + <i>abl.</i>	wegens, aangaande
¹⁰ causa	zaak
¹¹ expellere 3	verdrijven
¹² inire	beginnen
¹³ hiems	winter

profectus esset, quod eas quoque nationes adire et regiones cognoscere volebat, subitum bellum in Gallia coortum¹ est. Eius belli haec fuit causa. P. Crassus adulescens cum legione VII. proximus² mare Oceanum in Andibus hiemabat. Is, quod in his locis inopia frumenti erat, praefectos tribunosque militum complures in finitimas³ civitates frumenti causa dimisit; quo in numero est T. Terrasidius missus in Esvios, M. Trebius Gallus in Coriosolites, Q. Velanius cum T. Silio in Venetos⁴.

[8] Opstand onder leiding van de Veneti

Huius est civitatis longe amplissima⁵ auctoritas omnis orae¹ maritimae regionum earum, quod et naves habent Veneti

¹ cooriri ontstaan

² proximus + acc. het dichtst bij

³ finitimus naburig

⁴ *De Veneti waren een Gallische volksstam, die ten tijde van hun onderwerping in 57 v.Chr. door Iulius Caesar woonden aan de Golf van Morbihan, aan de zuidkust van het Armoricaans schiereiland, in het huidige Bretagne.*

⁵ amplus aanzienlijk

plurimas, quibus in Britanniam navigare consuerunt², et scientia atque usu³ rerum nauticarum⁴ ceteros antecedunt⁵ et in magno impetu⁶ maris atque aperto paucis portibus⁷ interiectis⁸, quos tenent ipsi, omnes fere qui eo mari uti consuerunt habent vectigales⁹. Ab his fit initium¹⁰ retinendi Sillii atque Velanii, quod per eos suos se obsides, quos Crasso dedissent, recuperaturos¹¹ existimabant. Horum auctoritate finitimi adducti, ut sunt Gallorum subita et repentina consilia, eadem de causa Trebium Terrasidiumque retinent et celeriter

¹ ora	kust
² consuevi <i>pf.</i>	gewoon zijn
³ usus <i>4</i>	ervaring
⁴ res nauticae	de scheepvaart, het zeewezen
⁵ antecedere <i>3 + acc. + abl.</i> iem. overtreffen in	
⁶ impetus	uitgestrektheid
⁷ portus <i>4</i>	haven
⁸ intericere <i>5</i>	ertussenin plaatsen
⁹ vectigalis	belastingplichtig
¹⁰ initium	begin
¹¹ recuperare	terugkrijgen

missis legatis per suos principes inter se coniurant¹ nihil nisi communi² consilio acturos eundemque omnes fortunae exitum³ esse laturos, reliquasque civitates sollicitant⁴, ut in ea libertate quam a maioribus acceperint permanere quam Romanorum servitatem perferre malint. Omni ora maritima celeriter ad suam sententiam perducta communem legationem ad P. Crassum mittunt, si⁵ velit suos recuperare, obsides sibi remittat.

[9] Zelfvertrouwen van de Veneti

Quibus de rebus Caesar a Crasso certior factus, quod ipse aberat longius, naves interim longas⁶ aedificari in flumine Ligeri⁷, quod influit in Oceanum, remiges¹ ex provincia

¹ coniurare	samenzweren
² communi	gemeenschappelijk
³ exitus 4	afloop
⁴ sollicitare	opruien
⁵ si + <i>coni.</i>	om te zien of
⁶ navis longa	oorlogsschip
⁷ Liger, Ligeris	de Loire

institui², nautas gubernatoresque³ comparari iubet. His rebus celeriter administratis ipse, cum primum per⁴ anni tempus potuit, ad exercitum contendit. Veneti reliquaeque item civitates cognito Caesaris adventu [certiores facti], simul quod quantum in se facinus admisissent⁵ intellegebant, [legatos, quod nomen ad omnes nationes sanctum inviolatumque⁶ semper fuisset, retentos ab se et in vincula⁷ coniectos,] pro magnitudine periculi bellum parare et maxime ea quae ad usum navium pertinent⁸ providere instituunt⁹, hoc¹⁰ maiore spe quod multum natura loci confidebant¹¹. Pedestria¹ esse

¹ remex, remigis

roeier

² instituere 3

maken, aanstellen, aanwijzen

³ gubernator

stuurman

⁴ per + acc.

wat betreft

⁵ admittere 3

zich schuldig maken aan, begaan

⁶ inviolatus

onschendbaar

⁷ vinculum

boei

⁸ pertinere 2 ad + acc.

betrekking hebben op

⁹ instituere 3

besluiten

¹⁰ hoc (abl.n.sg.) + comparativus des te

¹¹ confidere + abl.

vertrouwen op

itinerata concisa² aestuariis³, navigationem impeditam propter inscientiam⁴ locorum paucitatemque portuum sciebant, neque nostros exercitus propter inopiam frumenti diutius apud se morari posse confidebant; ac iam⁵ ut⁶ omnia contra opinionem acciderent⁷, tamen se plurimum navibus posse⁸, [quam] Romanos neque ullam facultatem⁹ habere navium, neque eorum locorum ubi bellum gesturi essent vada, portus, insulas novisse; ac longe¹⁰ aliam esse navigationem in concluso¹¹ mari atque in vastissimo¹² atque apertissimo

¹ pedester	te voet, land-
² concidere 3	in stukken verdelen
³ aestuarium	lagune
⁴ inscientia	het niet bekend zijn met
⁵ iam	verder
⁶ ut + conj. concess.	zelfs wanneer
⁷ accidere 3	verlopen
⁸ posse	kunnen, vermogen
⁹ facultas	beschikking
¹⁰ longe	heel, met afstand
¹¹ conclusus	gesloten
¹² vastus	woest, uitgestrekt, enorm

Oceano perspiciebant. His initis¹ consiliis oppida² muniunt³, frumenta ex agris in oppida comportant, naves in Venetiam, ubi Caesarem primum bellum gesturum constabat, quam plurimas possunt cogunt⁴. Socios sibi ad id bellum Osismos, Lexovios, Namnetes, Ambiliatos, Morinos, Diablintes, Menapios adsciscunt⁵; auxilia ex Britannia, quae contra⁶ eas regiones posita est, arcessunt⁷.

[10] Redenen voor oorlog

Erant hae difficultates belli gerendi quas supra ostendimus, sed tamen multa Caesarem ad id bellum incitabant⁸: iniuria

¹ inire	aangaan
² oppidum	heuvelfort, versterkte stad
³ munire	(een muur) bouwen, versterken
⁴ cogere 3	bijeenbrengen
⁵ adsciscere	verwerven, erbij halen
⁶ contra + acc.	tegenover
⁷ arcessere 3	laten komen
⁸ incitare	prikkelen, ophitsen

retentorum equitum Romanorum, rebellio¹ facta post deditio², defectio³ datis obsidibus, tot civitatum coniuratio, in primis⁴ ne hac parte neglecta reliquae nationes sibi idem licere⁵ arbitrarentur⁶. Itaque cum intellexeret omnes fere⁷ Gallos novis rebus⁸ studere⁹ et ad bellum mobiliter¹⁰ celeriterque excitari, omnes autem homines natura libertati studere et condicionem¹¹ servitutis odisse, prius quam plures

¹ rebellio	opstand
² deditio	overgave
³ defectio	het overlopen
⁴ in primis	vooral
⁵ mihi licet	mij staat vrij, ik mag
⁶ arbitrari	menen
⁷ fere	ongeveer
⁸ novae res	opstand
⁹ studere + <i>dat.</i>	zich toeleggen op
¹⁰ mobiliter	gemakkelijk te bewegen
¹¹ condicio	toestand

civitates conspirarent, partiendum¹ sibi ac latius distribuendum² exercitum putavit.

[11] Commandotoewijzingen

Itaque T. Labienum legatum in Treveros, qui proximi flumini Rheno sunt, cum equitatu mittit. Huic mandat³, Remos reliquosque Belgas adeat atque in officio⁴ contineat Germanosque, qui auxilio a Belgis arcessiti dicebantur, si per vim navibus flumen transire conentur⁵, prohibeat. P. Crassum cum cohortibus legionariis XII et magno numero equitatus in Aquitaniam proficisci iubet, ne ex his nationibus⁶ auxilia in Galliam mittantur ac tantae nationes coniungantur. Q. Titurium Sabinum legatum cum legionibus tribus in Venellos,

¹ partiri	verdelen
² distribuere 3	verdelen
³ mandare, (<i>ut</i>) + <i>coni.</i>	opdragen, dat
⁴ officium	taak, plicht
⁵ conari	proberen
⁶ natio	volk

Coriosolites Lexoviosque mittit, qui eam manum¹ distinendam² curet³. D. Brutum adolescentem classi Gallicisque navibus, quas ex Pictonibus et Santonis reliquisque pacatis regionibus convenire iusserat, praeficit⁴ et, cum primum possit, in Venetos proficisci iubet. Ipse eo pedestribus⁵ copiis contendit.

[12] Voordelen van de steden van de Veneti

Erant eius modi⁶ fere situs⁷ oppidorum ut posita in extremis lingulis⁸ promunturiisque⁹ neque pedibus aditum haberent, cum ex alto se aestus¹⁰ incitavisset¹, quod [bis] accidit semper

¹ manus	groep
² distinere 2	uiteenhouden
³ curare + acc. +gerundivum	zorgen voor, zich bekommeren om
⁴ praeficere 5 + dat.	zich aan het hoofd stellen van
⁵ pedestres copiae	infanterie
⁶ eius modi	van dien aard, zo(danig)
⁷ situs 4	ligging
⁸ lingula	landtong
⁹ promunturium	voorgebergte
¹⁰ aestus	het tij, vloed

horarum XII spatio², neque navibus, quod rursus³ minuente⁴
aestu naves in vadis adflictaentur⁵. Ita utraque re oppidorum
oppugnatio⁶ impediabatur. Ac si quando magnitudine operis
forte superati, extruso⁷ mari aggere⁸ ac molibus⁹ atque his
oppidi moenibus adaequatis¹⁰, suis fortunis desperare¹¹
coeperant, magno numero navium adpulso¹², cuius rei
summam facultatem¹³ habebant, omnia sua deportabant¹⁴
seque in proxima oppida recipiebant: ibi se rursus isdem

¹ se incitare	snellen
² spatium	tussenruimte
³ rursus	weer daarentegen
⁴ minuere 3	afnemen
⁵ adflictare	beschadigen
⁶ oppugnatio	bestorming
⁷ extrudere 3 <i>mare</i>	naar buiten drijven, terugdringen
⁸ agger	dam, belegeringsdam
⁹ moles	dam, pier
¹⁰ adaequare + <i>dat.</i>	gelijk maken aan
¹¹ desperare + <i>dat.</i>	wanhopen aan
¹² appellere 3	doen landen
¹³ facultas	beschikking
¹⁴ deportare	verplaatsen

oportunitatibus¹ loci defendebant. Haec eo facilius magnam partem aestatis² faciebant quod nostrae naves tempestatibus detinebantur³ summaque erat vasto atque aperto mari, magnis aestibus⁴, raris⁵ ac prope nullis portibus difficultas⁶ navigandi.

[13] De schepen der Veneti

Namque ipsorum naves ad hunc modum factae armataeque erant: carinae⁷ aliquanto planiores⁸ quam nostrarum navium, quo facilius vada⁹ ac decessum¹⁰ aestus excipere possent;

¹ oportunitas, -tatis	gunstige ligging, voordeel
² aestas, -tatis	zomer
³ detinere 2	vasthouden
⁴ aestus 4	getij
⁵ rarus	zeldzaam
⁶ difficultas	moeilijkheid
⁷ carina	kiel, sship
⁸ planus	breed
⁹ vadum	ondiepte
¹⁰ decessus 4	het weggaan

prorae¹ admodum erectae² atque item puppes³, ad
magnitudinem fluctuum⁴ tempestatumque accommodatae⁵;
naves totae factae ex robore⁶ ad quamvis vim et
contumeliam⁷ perferendam; transtra⁸ ex pedilibus⁹ in
altitudinem trabibus¹⁰, confixa¹¹ clavis¹² ferreis digiti¹³ pollicis
crassitudine¹⁴; ancorae¹⁵ pro funibus¹⁶ ferreis catenis¹⁷

¹ prora	voorsteven
² erectus	verheven
³ puppis	achtersteven
⁴ fluctus 4	golf
⁵ accommodare	aanpassen
⁶ robur <i>n</i> , roboris	eikenhout
⁷ contumelia	ruwe behandeling
⁸ transtrum	roeibalk
⁹ pedalis	een voet lang/breed/dik
¹⁰ trabs	(dwars)balk
¹¹ configere	vasthechten
¹² clavis	pen
¹³ digitus pollex	duim
¹⁴ crassitudo	dikte
¹⁵ ancora	anker
¹⁶ funis	touw
¹⁷ catena	keten

revinctae¹; pelles pro velis² alutaeque³ tenuiter confectae⁴,
 [hae] sive propter inopiam lini⁵ atque eius usus inscientiam⁶,
 sive eo, quod est magis veri simile⁷, quod tantas tempestates
 Oceani tantosque impetus ventorum sustineri ac tanta onera⁸
 navium regi velis non satis commode⁹ posse arbitrabantur.
 Cum his navibus nostrae classi eius modi congressus¹⁰ erat ut
 una celeritate¹¹ et pulsu¹² remorum¹³ praestaret¹⁴, reliqua¹⁵

¹ revincire	vastbinden
² velum	zeil
³ aluta	aluinleer
⁴ conficere 5	maken; tenuiter conficere - looien
⁵ linum	vlas, linnen
⁶ inscientia	het onbekend zijn
⁷ verisimilis	waarschijnlijk
⁸ onus, oneris	lading
⁹ commode	geschikt, doelmatig
¹⁰ congressus 4	een treffen
¹¹ celeritas	snelheid
¹² pulsus	het duwen
¹³ remus	roeieriem
¹⁴ praestare + <i>abl.</i>	overtreffen in
¹⁵ reliqua <i>n.pl.</i>	de andere aspecten, kenmerken, kwaliteiten

pro loci natura, pro vi tempestatum illis essent aptiora¹ et accommodatiora². Neque enim iis nostrae rostro³ nocere poterant (tanta in iis erat firmitudo⁴), neque propter altitudinem⁵ facile telum adigebatur⁶, et eadem de causa minus commode copulis⁷ continebantur. Accedebat ut, cum [saevire⁸ ventus coepisset et] se vento dedissent, et tempestatem ferrent facilius et in vadis consisterent tutius et ab aestu relictæ nihil saxa et cautes⁹ timerent; quarum rerum omnium nostris navibus casus¹⁰ erat extimescendus¹¹.

¹ aptus	geschikt
² accommodatus	geschikt, aangepast
³ rostrum	scheepssneb
⁴ firmitudo	stevigheid
⁵ altitudo	hoogte
⁶ adigere 3	slingeren naar
⁷ copula	enterhaak
⁸ saevire	woeden
⁹ cautes, -tis	klip
¹⁰ casus	het zich voordoen, kans
¹¹ extimesco	bang zijn voor

[14] Sluwe, Romeinse tactiek op zee

Compluribus expugnatis oppidis Caesar, ubi intellexit frustra tantum laborem sumi¹ neque hostium fugam captis oppidis reprimi neque iis noceri posse, statuit expectandam² classem. Quae ubi convenit ac primum ab hostibus visa est, circiter CCXX naves eorum paratissimae atque omni genere armorum ornatissimae profectae³ ex portu nostris adversae⁴ constiterunt; neque satis Bruto, qui classi praeerat, vel tribunis militum centurionibusque, quibus singulae naves erant attributae, constabat⁵ quid agerent aut quam rationem⁶ pugnae insisterent⁷. Rostro enim noceri non posse cognoverant; turribus autem excitatis⁸ tamen has altitudo¹

¹ sumere 3

op zich nemen

² exspectare

wachten op

³ proficisci

vertrekken

⁴ adversus

tegemeet

⁵ constare

vaststaan

⁶ ratio

tactiek

⁷ insistere 3

zich met ijver toeleggen op

⁸ excitare

bouwen

puppium ex barbaris navibus superabat², ut neque ex inferiore loco satis commode tela adigi possent et missa a Gallis gravius acciderent³. Una erat magno usui res praeparata a nostris, falces⁴ praeacutae⁵ insertae⁶ adfixaeque⁷ longuriis⁸, non absimili⁹ forma muralium¹⁰ falcium. His cum funes qui antemnas¹¹ ad malos¹² destinabant¹³ comprehensi adductique erant, navigio remis incitato¹⁴ praerumpentur¹⁵. Quibus

¹ altitudo	hoogte
² superare	overtreffen
³ gravius accidere 3	met meer effect neervallen
⁴ falx	breekijzer
⁵ praeacutus	zeer scherp
⁶ inserere + <i>dat.</i>	invoegen
⁷ adfigere 3	vastmaken aan
⁸ longurius	lange staak
⁹ absimilis	afwijkend
¹⁰ falx muralis	enterhaak
¹¹ antemna	ra
¹² malus	mast
¹³ destinare	vastmaken
¹⁴ incitare	versnellen
¹⁵ praerumpere	afbreken, afrukken

abscisis¹ antennae necessario concidebant, ut, cum omnis Gallicis navibus spes in velis armamentisque² consisteret, his ereptis³ omnis usus navium uno tempore eriperetur. Reliquum erat certamen positum in virtute, qua nostri milites facile superabant, atque eo magis quod in conspectu Caesaris atque omnis exercitus res gerebatur⁴, ut nullum paulo fortius factum latere⁵ posset; omnes enim colles ac loca superiora, unde erat propinquus despectus⁶ in mare, ab exercitu tenebantur.

[15] De Veneti op zee verslagen

Deiectis, ut diximus, antennis, cum singulas binae ac ternae naves circumsteterant⁷, milites summa vi transcendere in

¹ abscindere 3	losrukken, afscheuren
² armamenta <i>n.pl.</i>	tuigage
³ eripere 5	ontrukken
⁴ rem gerere	de oorlog/strijd voeren
⁵ latere	verborgen zijn
⁶ despectus 4	het neerkijken
⁷ circumsteterant 3	includen, omringen

hostium naves contendebant¹. Quod postquam barbari fieri animadverterunt², expugnatis compluribus navibus, cum ei rei nullum reperiretur³ auxilium, fuga salutem petere contenderunt. Ac iam conversis in eam partem navibus quo ventus ferebat, tanta subito malacia⁴ ac tranquillitas⁵ exstitit⁶ ut se ex loco movere non possent. Quae quidem res ad negotium conficiendum maximae fuit opportunitati⁷: nam singulas nostri consecrati⁸ expugnaverunt, ut perpaucae⁹ ex omni numero noctis interventu¹⁰ ad terram pervenirent, cum ab hora fere IIII usque ad solis occasum pugnaretur.

¹ contendere 3	zich inspannen, zijn best doen
² animadvertere 3	bemerken
³ reperire	vinden
⁴ malacia	windstilte
⁵ tranquillitas	rust
⁶ exsistere 3	ontstaan
⁷ opportunitas	gunstige gelegenheid
⁸ consecrari	vervolgen, achtervolgen
⁹ perpauca	zeer weinige
¹⁰ interventus	tussenkomst

[16] De Veneti zwaar gestraft

Quo proelio bellum Venetorum totiusque orae maritimae confectum¹ est. Nam cum omnis iuventus, omnes etiam gravioris aetatis in quibus aliquid consilii aut dignitatis fuit eo convenerant, tum navium quod ubique fuerat in unum locum coegerant; quibus amissis reliqui neque quo se reciperent neque quem ad modum oppida defenderent habebant. Itaque se suaque omnia Caesari dediderunt. In quos eo gravius Caesar vindicandum statuit quo diligentius in reliquum tempus a barbaris ius legatorum conservaretur. Itaque omni senatu necato reliquos sub corona vendidit.

[17] Viridovix van de Venelli in opstand

Dum haec in Venetis geruntur, Q. Titurius Sabinus cum iis copiis quas a Caesare acceperat in fines Venellorum² pervenit.

¹ conficere 5 tot een einde brengen

² *De Venelli, Veneli of Unelli waren een Gallische volksstam, die ten tijde van hun onderwerping in 57 v.Chr. door Iulius Caesar woonden in de Cotentin, het schiereiland*

His praerant Viridovix ac summam imperii tenebat earum omnium civitatum quae defecerant¹, ex quibus exercitum [magnasque copias] coegerat²; atque his paucis diebus Aulerici Eburovices Lexoviique, senatu suo interfecto³ quod auctores⁴ belli esse nolebant, portas clausurunt seque cum Viridovice coniunxerunt; magnaue praeterea⁵ multitudo undique ex Gallia perditorum⁶ hominum latronumque⁷ convenerat, quos spes praedandi⁸ studiumque bellandi ab agri cultura et cotidiano⁹ labore revocabat. Sabinus idoneo¹⁰ omnibus rebus

aan de Kanaalkust dat het noordelijk deel uitmaakt van het huidige departement Manche, in de Franse regio Normandië. De Venelli werden door de Romeinen gerekend tot de Armoricaanse Galliërs.

¹ deficere 5	afvallen
² cogere 3	bijeenbrengen
³ interficere 5	doden
⁴ auctor	verantwoordelijke persoon
⁵ praeterea	bovendien
⁶ perditus	verdorven
⁷ latro	rover
⁸ praedari	buit maken
⁹ cotidianus	dagelijks
¹⁰ idoneus	geschikt

loco castris sese tenebat¹, cum Viridovix contra eum duorum milium spatio consedisset² cotidieque productis copiis pugnandi potestatem³ faceret, ut iam non solum hostibus in contemptionem⁴ Sabinus veniret, sed etiam nostrorum militum vocibus non nihil carperetur⁵; tantamque opinionem⁶ timoris praebuit ut iam ad vallum castrorum hostes accedere auderent. Id ea de causa faciebat quod cum tanta multitudine hostium, praesertim⁷ eo absente qui summam imperii teneret, nisi aequo loco aut oportunitate aliqua data legato dimicandum⁸ non existimabat.

¹ se tenere + <i>abl.</i>	zich houden in/binnen
² considerare 3	zich neerlaten
³ potestas	gelegenheid
⁴ contemptio	verachting
⁵ carpere 3	bespotten, bekritisieren
⁶ opinio	vermoeden, de indruk
⁷ praesertim	vooral
⁸ dimicare	strijden

[18] De Venelli misleid

Hac confirmata¹ opinione timoris idoneum quendam hominem et callidum² deligit, Gallum, ex iis quos auxilii causa secum habebat. Huic magnis praemiis pollicitationibusque³ persuadet⁴ uti ad hostes transeat, et quid fieri velit edocet⁵. Qui ubi pro perfuga⁶ ad eos venit, timorem Romanorum proponit⁷, quibus angustiis⁸ ipse Caesar a Venetis prematur docet, neque longius⁹ abesse quin proxima nocte Sabinus clam ex castris exercitum educat et ad Caesarem auxilii ferendi causa proficiscatur. Quod ubi auditum est,

¹ confirmare	bevestigen
² callidus	sluw
³ pollicitatio	belofte
⁴ persuadere ut + <i>coni.</i>	overreden om
⁵ edocere 2	iem. grondig onderwijzen, leren
⁶ perfuga	overloper
⁷ proponere 3	voor ogen stellen
⁸ angustiae	nood
⁹ non longius abest quin + <i>coni.</i>	het is er niet echt ver vanaf of

conclamant omnes occasionem negotii¹ bene gerendi
amittendam non esse: ad castra iri oportere. Multae res ad
hoc consilium Gallos hortabantur: superiorum dierum Sabini
cunctatio², perfugae confirmatio, inopia cibariorum³, cui rei
parum⁴ diligenter ab iis erat provisum, spes Venetici belli, et
quod fere⁵ libenter homines id quod volunt credunt. His rebus
adducti non prius Viridovicem reliquosque duces ex concilio
dimitunt quam ab iis sit concessum⁶ arma uti capiant et ad
castra contendant. Qua re concessa laeti, ut explorata⁷
victoria, sarmentis⁸ virgultisque⁹ collectis, quibus fossas¹
Romanorum compleant, ad castra pergunt.

¹ negotium	onderneming, situatie, belang
² cunctatio	getalm
³ cibaria <i>n.pl.</i>	voedingsmiddelen
⁴ parum <i>adv.</i>	te weinig
⁵ fere	gewoonlijk, meestal
⁶ concedere	zwichten
⁷ exploratus	uitgemaakt
⁸ sarmentum	tak
⁹ virgultum	struikgewas

[19] De list van Sabinus

Locus erat castrorum editus² et paulatim ab imo acclivis³ circiter passus mille. Huc⁴ magno cursu contenderunt, ut quam⁵ minimum spatii ad se colligendos armandosque Romanis daretur, exanimatique⁶ pervenerunt. Sabinus suos hortatus cupientibus signum dat. Impeditis⁷ hostibus propter ea quae ferebant onera subito duabus portis eruptionem fieri iubet. Factum est oportunitate⁸ loci, hostium inscientia ac defatigatione⁹, virtute militum et superiorum pugnarum exercitatione¹⁰, ut ne unum quidem nostrorum impetum

¹ fossa	gracht
² editus	verheven
³ acclivis	hellend
⁴ huc	hierheen
⁵ quam + <i>superlativus</i>	zo ... mogelijk
⁶ exanimatus	buiten adem
⁷ impeditus	belemmerd
⁸ oportunitas	gunstige ligging
⁹ defatigatio	afmatting
¹⁰ exercitatio	oefening, vaardigheid in

ferrent¹ ac statim terga verterent². Quos impeditos integris viribus milites nostri consecuti magnum numerum eorum occiderunt; reliquos equites consecutati paucos, qui ex fuga evaserant³, reliquerunt⁴. Sic uno tempore et de navali pugna Sabinus et de Sabini victoria Caesar est certior factus, civitatesque omnes se statim Titurio dediderunt. Nam ut ad bella suscipienda Gallorum alacer⁵ ac promptus⁶ est animus, sic mollis⁷ ac minime resistens ad calamitates⁸ ferendas mens eorum est.

¹ ferre	verdragen
² tergum vertere 3	op de vlucht slaan
³ evadere 3	ontsnappen
⁴ relinquere 3	in leven laten
⁵ alacer	enthousiast
⁶ promptus	snel geneigd
⁷ mollis	zacht
⁸ calamitas	tegenslag

[20] Strijd in Aquitania

Eodem fere tempore P. Crassus, cum in Aquitaniam pervenisset, quae [pars], ut ante dictum est, [et regionum latitudine et multitudine hominum] tertia pars Galliae est [aestimanda], cum intellexeret in iis locis sibi bellum gerendum ubi paucis ante annis L. Valerius Praeconinus legatus exercitu pulso interfectus esset atque unde L. Manlius proconsul impedimentis¹ amissis profugisset, non mediocrem² sibi diligentiam adhibendam³ intellegebat. Itaque re frumentaria provisa, auxiliis equitatuque comparato, multis praeterea viris fortibus Tolosa et Carcasone et Narbone, quae sunt civitates Galliae provinciae finitimae, ex his regionibus nominatim⁴ evocatis, in Sotiatium fines exercitum introduxit. Cuius adventu cognito Sotiates magnis copiis coactis,

¹ impedimenta *n.pl.*

bagage, tros

² mediocris

matig

³ adhibere 2

aanwenden

⁴ nominatim

bij naam, uitdrukkelijk

equitatuque, quo plurimum valebant, in itinere agmen nostrum adorti¹ primum equestre proelium commiserunt², deinde equitatu suo pulso atque insequentibus nostris subito pedestres copias, quas in convalle³ in insidiis⁴ conlocaverant, ostenderunt. Hi nostros disiectos⁵ adorti proelium renovarunt.

[21] Een langdurig gevecht met de Sotiaten

Pugnatum est diu atque acriter, cum Sotiates superioribus victoriis freti⁶ in sua virtute totius Aquitaniae salutem positam putarent, nostri autem quid sine imperatore et sine reliquis legionibus adolescentulo duce efficere⁷ possent perspici

¹ adorigi	aanvallen
² committere 3	leveren
³ convallis	vallei
⁴ insidiae	hinderlaag
⁵ disiectus	verspreid
⁶ fretus + <i>abl.</i>	vertrouwend op
⁷ efficere 5	tot stand brengen

cuperent; tandem confecti¹ vulneribus hostes terga verterunt. Quorum magno numero interfecto Crassus ex itinere oppidum Sotiatium oppugnare coepit. Quibus fortiter resistentibus vineas² turresque egit. Illi alias³ eruptione temptata, alias cuniculis⁴ ad aggerem vineasque actis (cuius rei sunt longe peritissimi⁵ Aquitani, propterea quod multis locis apud eos aerariae⁶ secturaeque⁷ sunt), ubi diligentia nostrorum nihil his rebus profici⁸ posse intellexerunt, legatos ad Crassum mittunt seque in deditionem ut recipiat petunt.

¹ confectus	afgemat
² vinea	schutdak
³ alias ... alias ..	nu eens ... dan weer ..
⁴ cuniculum agere	onderaardse gang graven
⁵ peritus + <i>gen.</i>	ervaren in
⁶ aeraria	kopermijn
⁷ sectura	steengroeve
⁸ proficere	vorderingen maken

[22] Adiatunnus

Qua re impetrata¹ arma tradere iussi faciunt. Atque in eam rem omnium nostrorum intentis² animis alia ex parte oppidi Adiatunnus, qui summam imperii tenebat, cum DC devotis³, quos illi soldurios appellant, quorum haec est condicio⁴, ut omnibus in vita commodis⁵ una⁶ cum iis fruantur⁷ quorum se amicitiae dediderint, si quid his per vim accidat, aut eundem casum una ferant aut sibi mortem consciscant⁸; neque adhuc hominum memoria repertus est quisquam qui, eo interfecto cuius se amicitiae devovisset⁹, mortem recusaret---cum his Adiatunnus eruptionem facere conatus clamore ab ea parte

¹ impetrare	gedaan krijgen
² intentus in + <i>acc.</i>	gericht op
³ devoti <i>pl.</i>	getrouwen
⁴ condicio	afspraak
⁵ commodum	voordeel, gemak; <i>pl.</i> voorrechten
⁶ una <i>adv.</i>	tezamen
⁷ frui + <i>abl.</i>	genieten
⁸ sibi mortem consciscere	3 zelfmoord plegen
⁹ devovere 2	wijden

munitiois sublato cum ad arma milites concurrissent vehementerque ibi pugnatum esset, repulsus in oppidum tamen uti eadem deditiois condicione uteretur a Crasso impetravit.

[23] Aquitania in verenigd verzet

Armis obsidibusque acceptis, Crassus in fines Vocatium et Tarusatium profectus est. Tum vero barbari commoti, quod oppidum et natura loci et manu munitum paucis diebus quibus eo¹ ventum erat expugnatum cognoverant, legatos quoque versum² dimittere, coniurare, obsides inter se dare, copias parare coeperunt. Mittuntur etiam ad eas civitates legati quae sunt citerioris³ Hispaniae finitimae Aquitaniae: inde auxilia ducesque arcessuntur⁴. Quorum adventu magna cum auctoritate et magna [cum] hominum multitudine bellum

¹ eo	daar(heen)
² quoque versum	overall heen
³ citerior	aan deze zijde
⁴ arcessere 3	ontbieden

gerere conantur. Duces vero ii deliguntur qui una cum Q. Sertorio¹ omnes annos fuerant summamque scientiam rei militaris habere existimabantur. Hi consuetudine² populi Romani loca capere, castra munire, commeatibus nostros intercludere³ instituunt. Quod ubi Crassus animadvertit, suas copias propter exiguitatem⁴ non facile diduci, hostem et vagari et vias obsidere et castris satis praesidii⁵ relinquere, ob eam causam minus commode⁶ frumentum commeatumque sibi supportari⁷, in dies⁸ hostium numerum augeri, non

¹ *Quintus Sertorius (123 v.Chr.-72 v.Chr.) was Romeins politicus en generaal. Van 83 v.Chr. tot 72 v.Chr. heerste hij als rebel over Spanje zonder benoeming door de Senaat. Als veldheer behaalde hij successen tegen de secondant van Sulla, Gnaeus Pompeius. Sertorius werd gezien als een nieuwe Hannibal vanwege zijn gave om met minimale middelen de overwinning te behalen in het gezicht van een overmacht. In 72 v.Chr. werd hij door een jaloerse officier, Perperna Vento, vermoord tijdens een banket.*

² consuetudo	gewoonte
³ intercludere	afsnijden
⁴ exiguitas	beperkte aantal
⁵ praesidium	bescherming
⁶ commodus	gemakkelijk
⁷ supportare	aanvoeren
⁸ in dies	van dag tot dag

cunctandum existimavit quin pugna decertaret¹. Hac re ad consilium delata², ubi omnes idem sentire intellexit, posterum diem pugnae constituit³.

[24] Crassus valt het kamp van de vijand aan.

Prima luce productis omnibus copiis duplici⁴ acie instituta, auxiliis in mediam aciem coniectis, quid hostes consilii caperent expectabat. Illi, etsi⁵ propter multitudinem et veterem belli gloriam paucitatemque nostrorum se tuto dimicaturos existimabant, tamen tutius esse arbitrabantur obsessis⁶ viis commeatu intercluso sine vulnere victoria potiri⁷, et si propter inopiam rei frumentariae Romani se

¹ decertare	een beslissende slag leveren
² deferre	rapporteren
³ constituere 3	vaststellen, bepalen
⁴ duplex	dubbel
⁵ etsi	ookal
⁶ obsidere 3	bezetten
⁷ potiri + <i>abl.</i>	behalen

recipere coepissent, impeditos in agmine et sub sarcinis¹ infirmiore animo adoriri cogitabant². Hoc consilio probato³ ab ducibus, productis Romanorum copiis, sese castris tenebant. Hac re perspecta Crassus, cum sua cunctatione⁴ atque opinione timoris hostes nostros milites alacriores ad pugnandum effecissent atque omnium voces audirentur expectari diutius non oportere quin⁵ ad castra iretur, cohortatus suos omnibus cupientibus ad hostium castra contendit.

[25] Het zwakke punt van het kamp van de vijand

Ibi cum alii fossas⁶ complerent⁷, alii multis telis coniectis defensores vallo munitionibusque depellerent, auxiliaresque,

¹ sarcinae	bagage
² cogitare	van plan zijn
³ probare	goedkeuren
⁴ cunctatio	getalm
⁵ quin <i>na negatieve voorzin + coni.</i>	dat, opdat
⁶ fossa	gracht
⁷ complere 2	vullen

quibus ad pugnam non multum Crassus confidebat¹, lapidibus telisque subministrandis² et ad aggerem caespitibus³ comportandis speciem atque opinionem pugnantium praeberent, cum item ab hostibus constanter⁴ ac non timide pugnaretur telaque ex loco superiore missa non frustra⁵ acciderent⁶, equites circumitis⁷ hostium castris Crasso renuntiaverunt non eadem esse diligentia ab⁸ decumana porta castra munita facilemque aditum habere.

¹ confidere 3 + *dat.*

vertrouwen

² subministrare

leveren

³ caespes, -pitis

zode

⁴ constans

standvastig

⁵ frustra

tevergeefs, zonder doel te raken

⁶ accidere 3

neervallen

⁷ circumire

gaan rond

⁸ ab + abl.

aan de kant van

[26] De vijand overrompeld

Crassus equitum praefectos cohortatus, ut magnis praemiis pollicitationibusque¹ suos excitarent, quid fieri vellet ostendit. Illi, ut erat imperatum, eductis² iis cohortibus quae praesidio castris relictæ intritæ³ ab labore erant, et longiore itinere⁴ circumductis, ne ex hostium castris conspici⁵ possent, omnium oculis mentibusque ad pugnam intentis celeriter ad eas quas diximus munitiones⁶ pervenerunt atque his prorutis⁷ prius in hostium castris constiterunt⁸ quam plane⁹ ab his videri aut quid rei gereretur cognosci posset. Tum vero

¹ pollicitatio	belofte
² educere 3	naar buiten leiden
³ intritus	nog niet verzwakt
⁴ iter	route
⁵ conspici	aanschouwen
⁶ munitio	versterking
⁷ proruere 3	omverhalen
⁸ consistere 3	postvatten
⁹ plane	duidelijk

clamore ab ea parte audito nostri redintegratis¹ viribus, quod plerumque² in spe victoriae accidere³ consuevit, acrius impugnare⁴ coeperunt. Hostes undique circumventi desperatis⁵ omnibus rebus se per⁶ munitiones deicere et fuga salutem petere contenderunt. Quos equitatus apertissimis⁷ campis consecatus⁸ ex milium L numero, quae ex Aquitania Cantabrisque⁹ convenisse constabat, vix quarta parte relicta, multa nocte¹⁰ se in castra recepit.

¹ redintegrare	vernieuwen
² plerumque	meestal
³ accidere 3	gebeuren
⁴ impugnare	aanvallen
⁵ desperare	wanhopen aan
⁶ per + acc.	overal op
⁷ apertus	open (onbegroeid)
⁸ consecari	achtervolgen

⁹ *De Cantabri waren een Keltisch volk (bestaande uit elf stammen) dat in het noorden van het Iberisch Schiereiland leefde, nabij het huidige Santander en Bilbao en de meer in het binnenland gelegen bergen. De streek en autonome regio Cantabrië is naar hen vernoemd.*

¹⁰ multa nocte in het holst van de nacht

[27] Overgave Aquitania

Hac audita pugna maxima pars Aquitaniae sese Crasso deditit obsidesque ultro¹ misit; quo in numero fuerunt Tarbelli, Bigerriones, Ptianii, Vocates, Tarusates, Elusates, Gates, Ausci, Garumni, Sibusates, Cocosates: paucae ultimae nationes anni tempore confisae², quod hiems suberat³, id facere neglexerunt⁴.

[28] De Morini en Menapii gaan door.

Eodem fere tempore Caesar, etsi prope exacta⁵ iam aestas⁶ erat, tamen, quod omni Gallia pacata Morini Menapiique supererant⁷, qui in armis essent neque ad eum umquam

¹ ultro	uit eigen beweging
² confisus + <i>abl.</i>	vertrouwend op
³ subesse	op handen zijn
⁴ neglegere 3	nalaten, verzuimen
⁵ exigere 3	doorbrengen
⁶ aestas, -tatis	de zomer
⁷ superesse	resteren

legatos de pace misissent, arbitratus id bellum celeriter confici posse eo¹ exercitum duxit; qui longe alia² ratione³ ac reliqui Galli bellum gerere coeperunt. Nam quod intellegebant maximas nationes, quae proelio contendissent⁴, pulsas superatasque esse, continentesque⁵ silvas ac paludes⁶ habebant, eo se suaque omnia contulerunt. Ad quarum initium⁷ silvarum cum Caesar pervenisset castraque munire instituisset neque hostis interim⁸ visus esset, dispersis⁹ in opere nostris subito ex omnibus partibus silvae evolaverunt¹⁰ et in nostros impetum fecerunt. Nostri celeriter arma ceperunt eosque in silvas repulerunt et compluribus

¹ eo	daarheen
² alius ac/atque ...	anderdan ...
³ ratio	reden
⁴ contendere 3	zich meten, strijden
⁵ continens	aaneengesloten
⁶ palus, -udis	moeras
⁷ initium	begin
⁸ interim	intussen
⁹ disperdere 3	verspreiden
¹⁰ evolare	wegsnellen, naar buiten stormen

interfectis longius impeditioribus¹ locis secuti paucos ex suis deperdiderunt².

[29] Terug in het winterkamp

Reliquis deinceps diebus Caesar silvas caedere instituit, et ne quis inermibus³ imprudentibusque⁴ militibus ab latere⁵ impetus fieri posset, omnem eam materiam⁶ quae erat caesa conversam⁷ ad hostem conlocabat et pro⁸ vallo ad utrumque latus extruebat⁹. Incredibili celeritate¹⁰ magno spatio paucis diebus confecto¹¹, cum iam pecus¹ atque extrema²

¹ impeditus	ontoegankelijk
² deperdere 3	verliezen
³ inermis	ongewapend
⁴ imprudens	niets vermoedend
⁵ latus, lateris	zijkant
⁶ materia	materiaal, hout
⁷ conversus	gekeerd
⁸ pro + <i>abl.</i>	als, in de plaats van
⁹ extruere 3	ophopen
¹⁰ celeritas	snelheid
¹¹ conficere	voltooien, creëren

impedimenta a nostris tenerentur, ipsi densiores³ silvas peterent, eius modi sunt tempestates⁴ consecutae uti opus necessario⁵ intermitteretur⁶ et continuatione⁷ imbrium⁸ diutius sub pellibus⁹ milites contineri non possent. Itaque vastatis¹⁰ omnibus eorum agris, vicis aedificiisque incensis¹¹, Caesar exercitum reduxit et in Aulercis Lexoviisque, reliquis item civitatibus quae proxime¹² bellum fecerant, in hibernis conlocavit.

¹ pecus, pecoris	vee
² extremus	uiterst, achterse deel van
³ densus	dicht
⁴ tempestas	storm, noodweer
⁵ necessario	noodzakelijk
⁶ intermittere	onderbreken
⁷ continuatio	voortdurendheid
⁸ imber, -bris	regenbui
⁹ pellis	wintertent
¹⁰ vastare	verwoesten
¹¹ incendere 3	in brand steken
¹² proxime	onlangs